

tutari. Sed lucubrationum tuarum ea est doctrinae vis ac pondus, ut auctorem non tantum in hac mortali vita verè felicem, verè illustrem efficiat, sed post supremum diem nominis etiam perpetuitate ac optimae famae immortalitate donare queat, eamque ad extremas usque terras, & omnem posteritatem maxima cum gloria possit transmittere. Nec immerito; namque praeter innumeras alias scriptorum tuorum virtutes, admirantur utique omnes facilitatem, claritatemque in explicando ac exornando utroque iure tam genuinis, natiuis ac peculiaribus quaestionibus, ut quasi Atlantis humeris coelum, ita tuis scriptis omnibus numeris vnde quaque absolutis, harum artium dignitates sustineri credantur. Quid dicam de ordinis virtute ac Venere? (ut Romanae Lyrae fidicinis verba vsurpem) quem semper sapientissimus quisque plurimi fecit: & cui tantum tribuerunt quidam ex veteribus philosophis, ut summum ac supremum huius vniuersitatis parentem & opificem Deum dicerent in condendo Orbe, nihil aliud praestitisse, quam ut confusas & permixtas inter se rudis materiae partes discreuerit, certoque ordine suis quamque in sedibus collocarit. Impia caeterum opinio, fateor, omnia enim non tantum digessit ac disposuit, sed ex nihilo effecit ac procreauit Deus. Nec profecto ignorat, quantum splendoris ex tuorum editione opus obtineat ipsa Gallacia patria tua, nobilissimorum equitum, & sapientissimorum virorum parens feracissima, quae te genuit, quaeque te suo aluit sinu, quandoquidem gloriatur eum genuisse virum summae eruditionis admiratione adeo pollentem, ut quos ad contemplationem sui maxima prouinciae decora trahere non potuissent, tui solius famam, illam produxisse in vltimas vniuersi Orbis terrarum partes credendum est. Fatetur idem Sicilia nostra, fidelitatis, splendoris, fortitudinis & scientiarum Emporium, ea est enim illius inclytæ insulae in te obseruantia, ac eo amore, ut vehementissimo tui supra quam dici possit, vniuersae illae ciuitates, & populi exardescant desiderio; idque comitate, ac virtute, ita in hac Regia Curia comparasti, ut nemo tam magna de te animo conceperit, quin tu multo maiora praestiteris. Nec efficacius Magnas chalybem attrahit, quam tu omnium mentes in tui amorem rapis, nec tam facile vicina flamma ad Naphtham (Nedae id oleum vocant) transvolat, vnde cumque illud visum, quam facile tu in omnium mortalium pectora descendis. Nec iniuria profecto: decet enim magnos animos, & sublimem fortunam lenitas; nec cadere potest, nisi in eos qui clari sanguine, ac stirpe existunt: procul ab ea rudes aut viles homines, qui plerumque saeuire consueuerunt, vbi licentia; aut superbire, vbi fortunae fauor adest. Omnia demum quae ex ore tuo profuunt aut calamo exarantur, talia sunt ut in eo genere nec excogitari prudentius, aut disputari acutius, aut certius definiti, statuique possit. Itaque cum in omnibus habeam quod admirer, in nullo habeo quod desiderem. Praefulciat hanc veritatem quodcumque scriptorum tuorum vel caput, aut versus particula, illud tam validum, haec tam subtilis & ingeniola, ut tam ij qui supremis Magistratibus Tribunalibusque praesint, quam etiam qui in foro Curiaque versantur ducti singulari tua doctrina, non minus ex sacro quam ex profano penu deprompta simul atque suboluere typis mandari, statim siue iugata seu desultoria folia certatim postulauere, tam enixè tantaque contentione, ut non omnibus merito pro innata animi tui comitate posses satisfacere, praenimio cuiusque desiderio & festinatione videndi ac legendi ea ad confirmandam sui alteriusve sententiam apud togatos Supremi Senatus, patrisque caeterorum coetuum

coetuum conscriptos. Quod quidem effecit ut binis typographus uti cogere-  
retur praesulis ad excusandam operarum tarditatem, ac tædia quae cum bibliopolis ac aliis librariam negotiationem exercentibus interea tolerabas, dum publicè non prostant. Clare inde liquet librum hunc omni sanè iuris ornamento plenum, teque illius Auctorem virum doctissimum, & vario genere litterarum mirum in modum excultum, ac tractationem de supplicatione ad Sanctissimum Patrem ac summum Christianae Religionis Antistitem qua decet obseruantia pertractantem nec minus eleganter exornantem. Quid mirum? Si haereditario quodam iure in te defluxisse spectamus progenitorem admiranda virtutum ornamenta. Qui non solum nobilitate, & antiqua stirpe in Gallacia celebres fuere, verum etiam studiis iuris prudentiae, atque eloquentiae ita nituere, ut eos inter primos Reipublicae Gallaciae, nedum literariae, annumeret secunda, & constans Hispaniae fama. Fidem faciat, ne longius ad eam, maximae viri doctrinae parens tuus: qui variis ingenij monumentis, non modo se ab iniuria obliuionis asseruit, sed etiam effecit, ut merito illustrium Hispaniae Iurisprudentum albo inscriberetur. Quid de fratre tuo dicam? Cuius ut caeteras animi dotes sileantur, adeo ciuili maxime scientia atque eloquentia floruit, ut eius opera cedere & aere digna praesulis oculis semper habenda sint. Miramur igitur iure, miramur haec maiorum tuorum decora (nate in exemplar Aduocatorum, & Iurisprudentum omnium Magister) at magis magisque admiramur te parum fortunae, & corporis, verum summis animi bonis vnde quaque cumulatam. Quae eiusmodi sunt ut quicquid rarum in progenitoribus fuit, quicquid eximium, & suspiciendum in te cumulate nitescere videatur. Merito ergo doleamus, qui tibi arctissimo necessitudinis vinculo coniuncti sumus, tam procul a nobis fuisse munus tibi commissum, ut iure simul quaeramus quod summum togae, alteriusve dignitatis decus in Hispania felicissima communi patria non obtinueris: Sed quod Principi placuit & legis vigorem habet. Euge modo (sacer utriusque iuris arbiter & interpret) exequere praedicta dexteritate bonis omnibus approbantibus praefecturam tibi delatam, manet enim te (ni fallor) pro longissimo isto ac gloriosissimo itinere alia maior dignitas, ad quam munificentia Catholici Regis nostri nullis finibus circumscripta opinione, citius eueharis. Plura vellem, imò deberem singularibus tuis dotibus, nisi moderationem incomparabilis tua modestia suaderet. Nouissimè neuriquam praetermittam opus hoc tuum Authori suo compar, quod cum dico, magnum dixi, nec maius etiam exclamare potero, a quo procul abit inuidia; Nemo enim (Stoico docente) inuider, quod se facere posse desperat. Opus hoc inquam feliciter perennaturum sic aueo sic Spondeo. Tuus ex animo: Mantuae Carpentanorum Kalendis Martiis anni reparatae salutis. I. DC. XXXIX.

# DIVISIO OPERIS IN DVOS

TOMOS PARTITI.

## PARS PRIMA.

Continet iustitiam recursus Supplicationis ad Sanctissimum & retentionis in Senatu, necnon causas legitimas retentionis inductiuas, formam examinandi illas, singularésque quæstiones processum tangentes.

## PARS SECUNDA.

Continet recursum ad Regem ob contrauentionem Sacrosancti Concilij Tridentini præsertim circa præseruationem primæ instantiæ Ordinariorum.

## EX TOMO SECUNDO

### PARS TERTIA.

Complectitur Retentionem litterarum Apost. in derogationem Iuris Originariorum huius Regni, aut filiorum patrimonialium, ac etiam Magistratum Doctoralium & lecturæ Cathedralium Hispaniæ.

### PARS QUARTA.

Complectitur retentionem litterarum Apostol. in derogationem Iuris Regij patronatus, necnon Laicorum.

### Authoris Protestatio.

*Quidquid in tam graui utiliq; tractatu dixerim, Sanctæ Matris Ecclesiæ Lima, & Censuræ, ac me ipsum pariter submitto. Quæ si aliud censer, aliterve statuat, id ipsum Ego censeo, & ab scriptis libenter desisto, testorq; potius me fragilitate humana tunc labi deceptum, quam intentione, quæ proculdubio sana est, & pia.*

INDEX

# INDEX PARTIVM ET CAPITVM, quæ in hoc primo Tomo continentur.

## PARS PRIMA.

### CAPVT I.

**P**ROTECTIO vassallorum, necnon Ecclesiæ, cuiusque status, cultus Diuini Dogmatum, & Conciliorum tutio: an & quo sit iure Regalia Principis temporalis à Corona indiuisibilis. Et an super Regalia ipsa, vel alia ab Ecclesia obrenta Rex inter Ecclesiasticos cognoscat. pag. 1

#### §. VNIC.

De iustitia retentionis litterarum Apostolicar. ob longam Hispaniæ distantiam, aditumque difficilem ad Sedem Apostolic. urgente necessitate, instantéque scandali periculo exequendi interim eadem in perniciem Reipublicæ. p. 22

### CAPVT II.

Retentio Bullarum ex vera violentiæ causa, an in Bulla Cœnæ Domini expressè prohibeatur, vel expressè, aut virtualiter (supplicatione præmissa) permittatur. pag. 30

### SECTIO I.

Oppresso supplicanti ad Sanctissim incumbit supplicationem prosequi, cuius culpa, & defidia Regis Regaliæ nec imputari, nec obesse potest. p. 41

### SECTIO II.

Et an ipsa Bulla Cœnæ recipiat intellectum exclusiuum recursus vti prouenientis ex immutabili iure naturali. p. 44

### SECTIO III.

Et an in iis, in quibus non fuit in Hispania recepta, liget. p. 46

### SECTIO IV.

A Bulla Cœnæ, quatenus tangat Regalias, & præiudicium Regis caute stat humiliter supplicatum. p. 49

### SECTIO V.

Tollerantia S. Apostol. quàm sit efficax ad iustitiam Recursus pro Retentione litterarum, etiam semoto proprio iure, & Regalia Regis.

Vbi motiua aliquot Neotericorum contraria examinantur, & manifestè diluuntur. p. 52

### CAPVT III.

Bullarum executio quibus ex causis violenta dicatur, vt earum retentio (iuxta Bullarum Cœnæ) licita iudicetur. p. 60

#### §. VNIC.

Secunda iussio post priorem in Senatu retentam ab eadem Sede Apostolica emanata, quando & qualiter operetur. p. 66

### CAPVT IV.

Scandali causa imminens, seu etiam minari an legitima sit, vt litterarum Apostolicarum retentio licita, & permittatur dicatur. pag. 77

### CAPVT V.

Præiudicium Regis, vel Regni, atque idèò damnum publicæ vtilitatis, an sit litterarum Apostolicarum retentionis legitima causa. p. 83

### CAPVT VI.

Novitatis, & abusus notorij causa, an legitima sit dicenda ad Bullarum retentionem. p. 92

### CAPVT VII.

Præiudicium tertij, an, & quando legitima causa dici poterit, vt Bullarum retentio licite permittatur. p. 98

### CAPVT VIII.

An ob quamlibet litterarum simplicem surreptionem queat in Senatu ipsarum retentio decerni. p. 107

3 CAPVT

## Index Partium & Capitum.

### CAPVT IX.

Retentio Bullarum, an vltra sex casus à lege Regia specialiter expressos locum habeat. p.115

### CAPVT X.

Est, quod Retentionis Bullarum remedio licitè quis vti possit post earum executionem iam peractam, & possessionis apprehensionem, an Senatus sui decreti virtute valeat eam repone-  
re.

Vel an, & quomodo decretum tunc retentionis istud queat exequi.

Vel quo sit tunc remedio vim patienti consulendum.

Et an decretum Senatus coram executore Bullarum fidem faciat, & ad quem finem. p.125

### §. VNIC.

Executionis litterarum iam peractæ repositio per quem facienda erit virtute Decreti Regij, violentiæ ipso executore mortuo vel longè absente.

An per iudices & Executores superflites in litteris nominatos, & an si plures sint præuentionè electio competat vtrique parti, vel impetranti dumtaxat.

An & quando per Ordinarium hæc valeat fieri repositio.

Et an per sequestrum fructuum beneficij vim patienti & litterarum retentionem obtinenti consulatur. p.145

### CAPVT XI.

Concurrentibus in Senatu Bullarum retentionis remedio, & violentiæ querela (ob non delatam appellationem ab executore emissam in earum executione procedente) siue ab vna dumtaxat parte, siue ab vtraque intentatis; an violentiæ cognitio suspendenda sit, donec retentionis articulus terminetur.

Et an vtrumque remedium simul concurrere, & cumulari possit, vel an etiam eodem decreto terminari. p.158

### CAPVT XII.

Contra semel intentantem in Senatu Bullarum retentionem ex vna causa res iudicata obrenta, an ei obstat de-

nuo iterum agenti ex alia tunc non deducta.

Et quid si deducta semel fuerit eadem causa, non tamen, sed alia prosequuta.

Vbi accuratè, an condemnatus vti Prælati, administrator, vel maioratus possessor, possit insuper iure proprio executorialium executionem impedire. pap. 164

### CAPVT XIII.

Pendente recurso ad Regem ob Bullarum retentionem concordia inita inter colligantes, absque tamen Fiscalis Regis interuentu, an faciat ipsum cessare recursum.

Vbi exactè de effectibus iuris complicati, atque connexi cum iure alterius.

Et an ipsorum vnus condemnatus queat ex iure alterius complicati executionem in totum euitare. pag. 168

### CAPVT XIV.

De Regalia Principis in diuisione, aut dismembratione Prouinciarum, necnon generum causarum Bullarum retentioni attingentium inter Supremum Consilium, ceterasque Chancellarias.

Et an, & qua via in istis queat cognosci de causis tangentibus conseruationem, & executionem Sacri Concilij Tridentini. aliàs Supremo Senatui specialiter reseruatis. p.178

### CAPVT XV.

Pendente recurso ad Regem ob Bullarum resignationis retentionem, durantiæque causæ examine in Senatu, an suspendatur terminus ad illas publicandum. p.184

### CAPVT XVI.

In retentionis Bullarum cognitione quid principaliter, tam respectu principij, quam respectu finis in Senatu deducatur, & quid incidenter: & quemadmodum in examinanda causa (vt legitimè appareat) in eo procedatur, & qualiter decreta concipiantur.

Et an quando decretum violentiæ (de conocer, y proceder vltra decreta laicorum) in Supremo consilio expediatur, & numquid cetera Tribuna-  
lia Regia eo vti valeant. p.187

SECVN



## SECUNDÆ PARTIS

### INDEX CAPITVLORVM.

#### CAPVT I.

¶ Vo iure Rex Catholicus, quibusue rationibus litteras Apostolicas in contrauentionem œcumenici Concilij Tridentini importunè impetratas, vel retinere, vel remittere valeat, & de vtriusque differentia, de qua latius, c. 26. pag. 199

#### CAPVT II.

Regalia in protectione Sacri Concilij Tridentini, an Rex Catholicus vti possit, quando per litteras Apostolicas percipitur non solum eius sensus literalis, sed & sensus intellectualis declaratum facram per Congregationem Cardinalium. p. 207

#### CAPVT III.

De praxi, & stylo Senatus in obseruationem Decreti Concilij Tridentini præseruantis primam instantiam Ordinario. Et de fundamenta eius ratione.

Et an facultas Auditoris Camera ex eodem sit, & qualiter sublata.

#### §. VNIC.

Quod an in Ordinarij, an in eius subditorum fauorem sit inductum.

Et an alterutrius consensus in iurisdictionem alienam impediatur hanc protectionem per Regem impetiri. p. 214

#### CAPVT IV.

Regalia protectionis an Rex vti possit non solum vbi percipitur prima instantia Episcoporum, sed etiam Abbatum, aliorumque Prælatorum inferiorum ordinariam iurisdictionem legitimè habentium. p. 216

#### CAPVT V.

Protectio an à Rege deneganda erit his in casibus, in quibus de iure Canonico, & ante Tridentini decretum ab Ordinario in prima instantia licitè recedere fuit permillum. p. 222

#### §. I.

An ob recusationis legitimam causam ab Ordinario liceat recedere in prima instantia, & an recusatio omissionem præcedere debeat. p. 224

#### §. II.

An per appellationem ante diffinitiuam ab

aliquo grauamine, etiam extraiudiciali appellabili. p. 228

#### §. III.

An ratione contractus, vel ratione delicti alibi gestorum, aut etiam rei sitæ, & qualiter.

Et obiter circa bona maioratus existentia in diuersis Regnis, & Prouincijs, seu districtibus, quis forus attendatur. p. 230

#### §. IV.

An per remissionem causæ per Ordinarium voluntariè factam ad superiorem in prima instantia cesset Trident. & inde Regalis protectio. p. 234

#### CAPVT VI.

Protectio Sacri Concilij Tridentini à Rege penitus deneganda his in casibus ab eodem Concilio specialiter exceptis, vbi etiam quales isti sint.

Præsertim circa formam subscriptionis propria manu Sanctissimi, & de eius speciali natura, & efficacia, & an eius ommissio commissionem, & inde sequuta cunctaque deriuatiua vitiet. p. 237

#### §. VNIC.

An litteræ annulo Piscatoris munitæ eandem vim habere dicantur, ac si propria manu Sanctissimi fuissent subscriptæ. pag. 244

#### CAPVT VII.

An Rex Catholicus hac protectionis Regalia vti poterit in obuiando stylo, etiam immemoriali consuetudine munito ab aliquo Tribunali diu inuento, vt in inhibitio temporalis perpetuo inficiat, itavt etiam termino transacto causet attentata, siue in prima Ordinarij instantia, siue vltiori alia. p. 249

#### CAPVT VIII.

Si in Rota, aliòve Tribunali cognoscente de appellatione nouiter aliquod deducatur ius. an nouum dicatur iudicium itavt noua egeat instantia, vt hanc omnino Senatus remittat Ordinario. p. 254

#### CAPVT IX.

Litteras monitoriales, aliæ rescripta ad cognoscendum in Rota de causa reconuentionis ibidem oppositæ ad quam causa conuentionis fuit per appellationem deuoluta

## Index Capitulum.

voluta dumtaxat) an Senatus retineat, & causam Ordinario remittat.  
Et quid si appellatum fuerit ante diffinitivam, vel etiam à gravamine extraiudiciali. p.257

### CAPVT X.

An Bullæ Apostolicæ pro executione gratiæ super beneficio reservato in prima instantia alteri, quam Ordinario commissæ, sint per Senatum Ordinario remittendæ.

Et generaliter an in viis executivis liceat percuti Ordinarij prima instantia, vbi accuratè de motu proprio Gregorij XIII. p.260

### CAPVT XI.

Proteccionis Regalia an vtratur Senatus contra conservatores procedentes in prima instantia in causis exemptorum.

Et quid si exempti in iurisdictionem confererint Ordinarij, aut aliter renuntiant suæ.

Et an exemptus citatus ad Romanam Curiam hac proteccionem vtratur.

Et quid si ab exempto reus citetur, vt coram conservatore litiget extra Regnum. p.267

### CAPVT XII.

Commissione manu Sanctissimi subscripta, impetrata contra aliquem cum clausula (omnesque alios) an causa sit Ordinario remittenda, mortuo eo re integra, contra quem nominatim fuerit impetrata. Et quid contra successores eius re integra mortui sub dicta clausula generali comprehensæ. p.280

### §. VNIC.

Commissionem cum clausula (omnesque alios) subscriptam manu Sanctissimi obtinens, si in super aliam non subscriptam impetret, ex qua citavit aliquem, aliàs comprehensum sub clausula generali prioris, si sic citatus pro remissione ad Ordinarium in Senatu instet, an ex prima subscripta excludi queat.

Et numquid impetrans renunciens fide commissiõni & citationi, possit prioris virtute noviter citare, atque remissionem Ordinario per Senatum faciendam euitare.

Et quid si in supplicatione vnus tantum nominetur aduersarius, per Cursores tamen in extensione clausula generalis sit apposita, an sub subscriptione Sanctissimi inclusa intelligatur. p.290

### CAPVT XIII.

Sicoram Iudice appellacionis, seu delegato in prima instantia, ex commissione manu propria Sanctissimi subscripta compareat tertius excludendo (& quid quando coadiuvando) an per Senatum illius sit causa Ordinario remittenda.

Vbi latè quando tertij scorsum sit tractanda, itavt cursum litis inter alios pendens non suspendat.

Ac etiam quando lis inter plures queat validè pro singulis terminari. p.297

### CAPVT XIV.

In iudiciis mixtis, iuribusque connexis commissionem manu Sanctissimi non subscriptam contra reos existentes sub diversis Ordinariorum districtibus impetratam, an Senatus retineat, & causam singulis Ordinariis remittat.

Et quid si à Nuntio Apostolico, etiam contra exemptos hæc manaverit commissio. p.307

### CAPVT XV.

Monachus, altèrve alias ab Ordinario exemptus, & proutis ad Parochialem, minùsve aliud non exemptum, an remedio retentionis litterarum vti valeat, vt eius causa Ordinario remittatur.

Vbi non ineleganter, quando duorum iura in eadem persona concurrunt, diversas etiam personas discretè representent. p.312

### CAPVT XVI.

Commissio impetrata ad cognoscendum super iurisdictione Ordinario præfensa per Prælatos inferiores Episcopo, an per Senatum retinenda, itavt ei Ordinario remittatur prima instantia. p.317

### CAPVT XVII.

Si pars non contradicens patiat in Rota, aliòve superiori Tribunali causam in prima instantia tractari, vel etiam cum protestatione, etiam occulta, consentiat illic de bono iure agi, an executoriales inde obtentæ, siue super principali, siue super incidenti (puta mantentione) sint in super retinendæ, Ordinario per Senatum causæ remissionem facta.

Et nunquid consensus Ordinarij superueniens revalidet executoriales, & impediat in Senatu causæ denuò tractandæ ad eandem remissio. p.321

### CAPVT

## Index Capitulum.

### CAPVT XVIII.

Si emptori pignoris in Subhastatione facta per Iudicem Delegatum quæstio moveatur, an coram eodem Delegato sit tractanda, vel potius per Senatum Ordinario remittenda.

Et an litteris Apostolicis semel executis, si possessor ceciderit à possessione, istius causa, siue in possessione, siue in proprietate deducta Ordinario remittatur. p.335

### CAPVT XIX.

Imperata commissione ob recusationem Ordinarij, postmodum (re tamen integra) deccedentis, vel recedentis, an per Senatum causa remittenda erit eiusdem Ordinarij successoris. p.337

### CAPVT XX.

Dùm in Senatu (ad quem litteræ monitoriales in prima instantia à Rota emanatæ fuerint allatæ) articulus remissionis Ordinario disceptatur: si per contradictas in eadem Rota causa in super prosequatur, an executoriales sic obtentæ sub remissionis, & retentionis decreto comprehendantur. p.343

### CAPVT XXI.

Nuntius Apostolicus cum potestate Legati de Latere, esto, quod de iure Ordinarius dici potest, an cum Ordinarius in prima instantia concurrat, ita vt eius litteras Senatus Ordinario non remittat.

Et an Nuntius ipse queat exequi litteras Apostolicas in prima instantia directas Ordinario, siue in forma dignum, siue in forma gratiosa, seu dispensationes. p.353

### CAPVT XXII.

Per manus appositionem Papæ super collatione, permutatione, aut vnione beneficiorum, aut vsu confirmatione, an etiam in prima instantia super eorum surreptione, ita auocata ceaseatur iurisdictione ab Ordinario, vt eidem per Senatum sit deneganda remissio. p.357

### CAPVT XXIII.

Ab electione, alijsve actis Capitularibus appellacionis, seu contradiccionis virtute impetrata commissio, an primam Ordinarij instantiam percutere dicatur, ita vt ei fiat per Senatum remissio. p.360

### CAPVT XXIV.

Letrones, seu Cedulones publicis locis affixi pro publicando excommunicato ob non partitionem litterarum Apostolica-

rum, quæ iuris requisita habere debent, vt integra fides illis detur.

Et quando ex eis prima Ordinarij percutitur instantia, qualiter Senatus sic opprefso consulere soleat. p.366

### CAPVT XXV.

In his causis, quæ vel iure speciali, vel tanquam Sedis Apostolicæ delegatum ad Ordinarium pertinent, si in prima instantia impetretur commissio (absque tamen subscriptione propria manu Sanctissimi) an per Senatum retenta, Ordinario erit remittenda cognitio. p.377

### CAPVT XXVI.

Litteræ Apostolicæ percutientes primam Ordinarij instantiam, an sint distinctè parti per Senatum tradendæ, vt coram Ordinario eis vtratur.

Vel quarum sit facienda in Senatu retentio, Ordinario simpliciter cognitionis negotij facta remissione.

Et an litteræ graciosæ in monitorialibus à Romana Curia emanatis insertæ fidem faciant.

Et nunquid quando in processu fulminato insertæ sint, an ad probationem originalibus desuper egeat impetrans? p.384

### CAPVT XXVII.

Ob executionem Romæ factam contra obligatum ibidem in forma Camera, etiam Romæ non repertum, siue Clericus sit siue laicus, an percuti dicatur prima Ordinarij instantia, vt Regis protectio locum habeat. p.395

### CAPVT XXVIII.

Executorialium ad quantitatem in Rota legitime obtentorum virtute exequi, an possit condemnari debitor, vel an potius istius causa sit per Senatum Ordinario remittenda.

Et generaliter, vbi tertius in executorialibus prædictis non est comprehensus; an hoc recursum licitè vtratur. p.405

### CAPVT XXIX.

Semel ad Romam legitime deuoluta causa, in qua vel infirmando, vel confirmando Ordinarij sententiam, suam tulit, an executoriales inde ortæ percutere dicantur primam instantiam Ordinarij in iudicio executio, ita vt debeant eidem per Senatum remitti. p.407

### CAPVT XXX.

De signatura propriæ manus Sanctissimi & quales litteras, quavè forma ipse subscribat

## Index Capitulorum.

scribat, & quot à signatura per concessum, necnon per amulum Piscatoris differat. P.411

### §. I.

Et an sub ipsa signatura manus Sanctissimi in gratia appositae simul subscripta intelligatur commissio executionis in literis lecta. P.419

### §. II.

Et esto quod literas auocatorias non subscribit Sanctissimus, nec in illis mentionator subscriptio supplicationis, an & quomodo probanda erit in Senatu p.424

### §. III.

Et an per exemplum supplicationis probatio sufficiat, ne literae remittantur Ordinario. P.429

### §. IV.

Et nunquid monitorialibus, ex quibus per relationem iudicis, vel notarij appareat subscriptione Sanctissimi sit adhibenda fides, vt nec Ordinario causa fiat per Senatum remissio. P.434

### §. V.

Senatus Regis an potius literali Tridentini dispositioni ( appetenti subscriptionem Sanctissimi in ipsis rescriptis prima instantiae auocatoriis ) inhaereat: an verò sola supplicatione ( qua auocatio petitur ) sic subscripta iuxta assertas aliquot Declarationes Cardinalium contententur.

Et ex quibus earumdem fides vacillet, dubia necnon, & incerta reddatur. P.439

## CAPVT. XXXI.

Inhibitiones Rotaes, an, & quibus casibus, siue in prima, alijsve instantiis Tridentini decreta dicantur offendere, vt

in Senatu literae retineantur. P.444

## CAPVT XXXII.

Delegato ex commissione non subscripta super appellatione ( quae verè non fuit emissa ) procedenti in causa proxi in primo vigore clausulae ( quam, & quas ) inclusa in eadem, vel super articulo separato, an obstat noua Tridentini dispositio, itavt nihilominus fiat per Senatum Ordinario remissio. P.456

## CAPVT XXXIII.

Literas Apostolicas non subscriptas manu Sanctissimi auocatorias primae instantiae in causis tangentibus Tribunal Sanctae Inquisitionis, an Senatus Regius examinet, vt eadem remittat Tribunali.

Et nunquid Rex Catholicus non solum eadem litteras, sed & alias quaslibet expeditas in derogationem privilegiorum S. Inquisitionis retinere valeat tam ex sua Regalia generali, quam speciali indulto Apostol. munita. P.459

## CAPVT XXXIV.

Vtrum Ordinarius ( cui fit per Senatum Bullarum Apostolicarum aliorumve rescriptorum in prima instantia cognitionis remissio ) an vt Delegatus executor, & in via executiva; an vt Ordinarius, & in via ordinaria procedere debeat.

Et insuper quibus in casibus Bullarum executor causam Ordinario in prima instantia remittere teneatur.

Et amplissimè praeter ceteris, qui dicatur legitimus contradictor ad impediendam executionem gratiae Apostolicae.

Et an, & quando in beneficiis reservatis prouisus ab Ordinario immisionem possit impedire literarum Apostolicarum.

Et per totum cap. clara discretione quando Bullarum virtute via executiva, seu via ordinaria sit praecise procedendum.



## APPROBACION DEL LICENCIADO

Iuan de Zurita.

**H**E visto vn libro escrito de Mano, intitulado: *Tractatus de Supplicatione ad Sanctissimum à literis & Bullis Apostolicis nequam & impar tunc impetratis in perniciem Reipublicae Regis, aut Regni, aut terrarum praedictarum, & de earum retentione interim in Senatu*: Autor don FRANCISCO SALGADO DE SOMOZA, &c. Y certifico, que me parece, que es traslado de otro del mismo Autor, y de la misma materia, que vi y aprobè por comission del señor Lorenzo de Iturrizarra Vicario desta Villa, avrà quatro años, y que concuerda con el con ventajas, por auerle añadido doctrinas muy importantes en la misma sustancia que el original, con que le ha exornado el Autor con questiones nueuas, y con intento de que las vea y censure el Consejo, en Madrid à 30. de Junio de 1638.

El Licenciado IVAN DE ZURITA.

## LICENTIA DEL ORDINARIO.

**N**O es el Licenciado Lorenzo de Iturrizarra Vicario general de la Villa de Madrid y su Partido, &c. Por la presente, y por lo que a nos toca, damos licencia para que se pueda imprimir y imprima, vn libro intitulado: *De Supplicatione ad Sanctissimum à literis & Bullis Apostolicis, & de earum retentione in Senatu*, compuesto por el Licenciado don FRANCISCO SALGADO DE SOMOZA. Attento que nos consta, que en el no ay cosa contra nuestra santa Fè y buenas costumbres. Da en Madrid à 30. de Junio de 1638.

Licenciado LORENÇODE ITURRIZARRA.

## APPROBACION DEL LICENCIADO

Don Geronimo de Camargo.

**H**E visto vna copia manuscrita que me mostrò el Licenciado Don FRANCISCO SALGADO, de vn libro que ha compuesto: *De Supplicatione ad Sanctissimum à literis & Bullis Apostolicis, & de earum retentione in Senatu*: Y certifico y aseguro a los Señores del Consejo, que corresponde con el original, que el Autor presentò en el, y que se rubricò del Escriuano de Camara, y se dio licencia para imprimirle, y que no ay diferencia alguna, sino es auer exornado las questiones con algunos nueuos fundamentos que su Autor considerò de nueuo, que le han dado ultimo complemento, y que no constituyen nueua calidad, lo qual se, porque con el afecto à la curiosidad de la materia lei el original antes que se lleuasse, por necessitar de algunas questiones para casos particulares que se me ofrecian: y despues acá he buuelto a ver esta copia con el mismo intento, y no difiere de su original: y assi tengo por conueniente, que el Consejo mande con breuedad se imprima, porque salga a luz libro tan docto, y de tanto fruto, y escusar que en Francia no le faquen antes adulterado, y con las resoluciones de la materia al contrario de lo que el Autor las resoluió. En Madrid à 18. de Julio de 1638.

El Licenciado don GERONIMO DE CAMARGO.

APPROBACION DEL LICENCIADO

Bujan de Somoça.

Certifico yo el Licenciado Bujan de Somoça, Relator de los Consejos de Aragon, y de la Santa Cruzada, que el libro de don FRANCISCO DE SALGADO DE SOMOZA, intitulado: *De Supplicatione ad Sanctissimum à litteris & Bullis Apostolicis, &c. & de earum retentione in Senatu.* Lo he visto en su original desde la primera letra que el Autor à empegado a escriuir lo, por auer asistido en su compania quatro años y mas, y conferido con él muchas cosas de las escritas, y asistido a la primera copia del, yá leyendo a los escriuientes, y otras vezes escriuiendo tambien; y despues que la dicha copia fue a Francia, he leído y manejado por momentos el original que le quedò, assi para enterarme de sus doctrinas y resoluciones, como para muchissimos negocios que han ocurrido. Y certifico esta copia que oy se presenta, ser facada de aquel dicho original primero; porque asistiendo los mas de los dias en el estudio del Autor, y a quatro escriuientes que tenia, vi, y reconoci siempre los mismos quadernos de dicho original, que como dicho tengo manegè por momentos, è infinitad de vezes, y despues algunas aquesta copia que oy se presenta. Tambien se, que el dicho Don Francisco Salgado lo ha limado y perfeccionado mejor, añadiendo muchas doctrinas à las que tenia escritas. Y tambien que tiene hechos algunos capitulos nuevos para añadirlos, y otros preuenidos para hazer, y con intencion de presentarlos en el Consejo para la censura: y assi lo certifico por verdad. En Madrid à nueue de Julio de 1638.

Licenciado BVIAN DE SOMOZA.

PERMISSVS.

LIBRUM hunc inscriptum: *Tractatus de Supplicatione ad Sanctissimum, à litteris & Bullis Apostolicis, &c.* Auctore FRANCISCO SALGADO DE SOMOZA, Typis mandari & in lucem edi, Sumptibus LAURENTII ANISSON, Bibliopolæ Lugdunensis: Ego Regis Consiliarius & Procurator in Lugdunensi praefectura, non impedio, Lugduni die 8. Augusti 1662.

VIDAVD.

CONSENSVS.

LIBRUM qui inscribitur, SALGADO DE SOMOZA, *Tractatus de Supplicatione ad Sanctissimum, à litteris & Bullis Apostolicis, &c.* Typis mandari permitimus: ac simul, ne quis citra factam ei potestatem denuo excudat, interdicimus, Lugduni de eodem anno & die.

DESEVE,

TRACTA



TRACTATVS  
DE  
SUPPLICATIONE  
AD SANCTISSIMUM  
A Litteris Apostol. &c. Et de earum  
interim retentione in Senatu.

PARS PRIMA.

Continet Iustitiam recursus supplicationis ad Sanctiss. & retentionis in Senatu, necnon causas legitimas retentionis inductiuas, atque formam examinandi illas, singularèsq; quaestiones, processum, & praxim tangentes.

CAPVT PRIMVM.

Proteçtio vassallorum, necnon Ecclesiae, eiusque status, cultus diuini, dogmatum, & Conciliorum tuitio: an & quo sit iure Regalia Principis temporalis à Corona indiuisibilis.  
Et an super Regalia ipsa, vel alia ab Ecclesia obtenia Rex iuter Ecclesiasticos cognoscat.

SVMMARIVM. EX CAP. I.

Supplicatio ad Papam, qua imbibitur reuerentia, & humilitas: est Regalia Sedis Apostolica, num. 1.  
Supplicatio ad Papam est actus humilitatis, & reuerentia. num. 2.  
Et signum supremae Majestatis, & Potestatis Papae, ibidem.  
Supplicatio supponit altitudinem supremae maiestatis, & plenissima potestatis, ibidem.  
Qui alios supplicans, fatentur se humiles, & adoratis minores, ibidem.  
Omnes supplicationis & adorationis modi, quibus veteres utebantur eò tendunt, vt humiles se fateantur, ibidem.

Supercedens in litterarum executione ad effectum rescribendi, dicitur seruire Principi, ibidem.  
Respublica infelix iudicatur violentiis oppressa protectore carens, num. 3.  
Omnia & misera, & felicia indigent protectore, num. 4. & n. 14.  
Plures Sacra Scripturae auctoritates congeruntur concludentes infelicitatem vi oppressi carentis protectore, num. 6.  
Vim patientem acclamantem malus Iudex non exaudit, num. 6.  
Deus miseretur eius, qui liberat miseros ab oppressionibus potentium, num. 7.  
Deus est protector generis humani, vt ex variis Sacrae Scripturae auctoritatibus late comprobatur, num. 8.  
Propheta Rex passim Deum protectorem inuocat, num. 9.  
Deus liberat vi oppressos de manu potentium, num. 20.  
Deus ab origine creationis de hominis tutela curauit, num. 11.  
Deus vt verus protector presto adest acclamantibus vi oppressorum, tacitis, & expressis, n. 12.  
Multae Scripturae loca ad idem recensentur, ibid.  
Principes Dei exemplo viduas habere debent sub sua protectione, num. 13.  
Dni Jacobi Hispaniarum vnici Patroni auctoritas recensetur, num. 14.  
Deus in humani generis protectione vitatur Angeli, num. 170.